omnes seruemus. dominica post xiiii lunam primi mensis.
Secundus. ut nullus episcoporum parrochiam alterius in
uadat. sed contentus sit gubernatione creditae sibi ple
bis. Tertium. utque quae monasteria deo consecrata sunt
nulli episcoporum liceat ea in aliquo inquietare. nec
quicquam de eorum rebus uiolenter abstrahere.
Quartum. ut ipsi monachi non migrent de loco ad locum.
hoc est de monasterio ad monasterium. nisi per dimissionem
proprii abbatis. sed in ea permaneant oboedientia quam tempo
re suae conuersionis promiserunt. Quintum ut nullus
clericorum relinquens proprium episcopum passim quolibet
discurrat. neque alicubi ueniens absque commendaticiis
litteris sui praesulis suscipiatur. quod si semel suscep
tus est excommunicationi subiacebit. Sextum ut episcopi
atque clerici perigrini contenti sint hospitalitatis mune
re oblato. nullique eorum liceat ullum officium sacerdota
le absque permissu episcopi in cuius parrochia esse cognoscitur
agere. Septimum ut bis in anno synodus congregetur
sed quia diuersae causae inpediunt placuit omnibus in com
mone ut kalendis augustis in loco qui appellatur clofaes
hoch semel in anno congregetur. Octauum ut nul
lus episcoporum se praeferat alteri per ambitionem sed omnes
agnoscant tempus et ordinem consecrationis suae.
Nonum capitulum in commone tractatum est ut plures
episcopi crescente numero fidelium augerentur sed de
hac re ad praesens siluimus. Decimum capitulum pro coniu
giis ut nulli liceat nisi legitimum habere conubium.

noluerit inuitatus redire et susceptor et is qui susceptus est.

© HAB http://diglib.hab.de/mss/34-weiss/start.htm?image=00214
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss34-weiss/0214
Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale